juxta illud Lucæ 22. Vir autem nomine joſeph acceſsit ad Pilatum, et petiit corpus jesu, et depoſitum involvit ſyndone, et poſuit eum in monumento exciſo, in quo nondum quisquam poſitus fuerat.

Միաւորեալ Ածութբն և Հոգւովն :

Միաւորեալ unitum. Eſt præteritum infinitivi modi paſsivæ vocis primæ conjugationis à verbo Միաւորել unire. Ածութբն eſt nomen abſtractum ſecundæ declinationis re-gularium in caſu inſtrumentali poſitum, cum ſigno demon-ſtrativo Ն in fine annexo; ut v.g. Cum Deitate illa. Հոգւովն eſt nomen ſubſtantivum octavæ declinationis regularium in eodem caſu inſtrumentali conſtitutum, habetque in fine ſibi affixum pronomen demonſtrativum Ն; Sic e.g. Spiritu ſuô. Percipiamus Magnum illum Narieken-ſem Epiſcopum hujus articuli ſenſum optimè explicantem,